3032 ~~9414~~

Turecka Tureckiego Quietat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Nobilis Zophia Turecka olim Nobilis Hectorij de Stremphow Consors derelicta vidua, sana mente et corpore existens à Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo: Praesenti vero Castren. Capitan. Praemislien. Iurisdictioni, quoad Actum hunc attinet se cum Succesoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie Subijciendo atque Incorporando palam libere publice ac per Expressum recognovit. Quia ipsa Generosum Danielem Turecki fratrem sui Rpntis Germanum, tum Laboriosos Petrum Sołupatycz Militam Olenicz, Iedio Woronicz, de villa Turka Subditos ipsius eorumque Posteros de Protestatione certa per se Rptem contra ipsos coram Actis Officij praesentis Ratione per ipsos tempore in Protestatione eadem specificato sui Rptis Baculo Concussionis in vitam diffidationis aliarumque violentiarum illationis facta necnon de Obductione Vulnerum Damnis Iniurijs violentijs et praetensionibus quibusvis ad hanc usque diem intercedentibus, poenisque quibusvis exinde provenientibus (accepta ab ipsis pro praemissis omnibus plenaria et sufficiente satisfactione:) Quietat emittit dimittit liberumque et absolutum perpetuo pronunciat. Protestationem eandem et obductionem vulnerum Cassat mortificat et annihilat sibi et suis porro perpetuum imponendo silentium.

441

Turecki Roborationem scripti approbat